

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9166

Auteur(s) : Rotrou de Warwick, Rouen (archevêque)

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1179-1183]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Rotrou évêque de Rouen confirme à Savigny plusieurs donations : l'église Saint-Hilaire de Villechien, donnée par l'évêque d'Avranches Richard à la demande de Guillaume, fils de Roger de Villechien, et de ses frères ; l'église de Saint-Martin-le-Bouillant et l'église de Champcervon, données par l'évêque d'Avranches Richard à la demande de Guillaume de Ducey, ainsi qu'une métairie donnée par Guillaume de Ducey et sa femme Marie ; il confirme également l'accord passé entre Savigny et Geoffroy de Montfort à propos des églises de Quetteville-sur-Sienne et de Gouville-sur-Mer.

Tableau de la tradition

Original

A. Paris, Arch. Nat., L 974, n° 986.

Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Constanciensi, n° XLIV)

Texte d'après A

Rotrodus Dei gracia Rothomagensis archiepiscopus omnibus sancte ecclesie fidelibus presentibus et futuris salutem in Domino. Notum esse volumus universis quod nos confirmavimus abbatie et monachis Savegneii ecclesiam sancti Hilarii de Villa Canis quam habent ex dono Ricardi Abrincensis episcopi presentatione et concessione Guillelmi filii Rogeri de Villa Canis et fratrum ejus Ricardi et Hugonis ; quam etiam donationem Nigellus et Ricardus sacerdotes et Robertus filius Guillelmi frater eorum concesserunt et presentationem ejusdem ecclesie quam reclamabant omnino dimiderunt. Confirmavimus quoque eis ecclesiam sancti Martini de Gasto et ecclesiam de Campo Cervorum quas eis prefatus Ricardus Abrincensis episcopus cum omnibus pertinenciis suis ex integro donavit presentatione et concessione Guillelmi de Duxeio, medietariam quoque de broissa inter Juilleium et Tessues cum omnibus pertinenciis suis ex dono Guillelmi de Duxeio et marie uxoris ejus. Preter hec vero concessimus et confirmavimus eis coventionem que inter ipsos et Gaufridus de Monte forti super ecclesiis de ketevilla et de Goeville vacante sede Constanciensi ita facta est, scilicet quod monachi Savegnenses presentationem ecclesie de Goeville in perpetuum possidebunt, Gaufridus vero et heredes ejus presentationem ecclesie de Ketevilla, porro in utraque parrochia percipient monachi unam medietatem omnium decimarum frugum videlicet lini, cannabi, leguminum, animalium, fructuum et lanarum, alteram Gaufridus et heredes ejus, salvis tamen in decimis de Goevilla XX quartariis ordeï Exaquiensi monasterio ex communi annuatim persolvendis ; persone vero et vicarii utriusque ecclesie coram episcopo aut clero Constanciensi jurabunt se tam monachis quam Gaufrido et

heredibus ejus jus suum in his omnibus observaturos ; decimatores quoque affidabunt quod decimas in loco utriusque partis assensu designato fideliter congregabunt et dividunt equaliter, sicque monachi unam medietatem alteram Gaufridus et heredes ejus ubi voluerunt portabunt ; sciendum autem quod Gaufridus et heredes ejus jus suum ecclesie de ketevilla et predictarum decimarum non poterunt dare alicui abbacie vel religioni nisi abbacie de Savegneio ; prior vero Savegneii et quidam de fratribus se conventionem istam servaturos et suos servare fideliter facturos in verbo veritatis promiserunt, Gaufridus similiter assensu Gervasie uxoris sue et liberorum ejus Radulfi, Guillelmi, Rollandi, Eudonis, Matildis, Amicie in manu Petri Redonensis archidiaconi affidavit se pactum istud fideliter servaturum et suos firmiter servare facturum ; alia privilegia vel munimenta huic conventioni non obstabunt ; persone vel vicarii utriusque ecclesie jura episcopalia de eis reddent. Ut igitur hec omnia abbacie et monachis Savegneii firma in perpetuum permaneant et rata, pontificali auctoritate scriptique nostri attestatione ea confirmavimus et sigilli nostri munimine roboravimus.